

www.e-rara.ch

De donationibus axiomata

Wolf, Conrad

Basileae, 1582

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-8126>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DE
DONATIO-
NIBVS AXIO-
MATA:

Quæ, Diuina aspirante gra-
tia, ex decreto Amplissimi Or-
dinis Facultatis Iuridicæ in
inclÿta BASILIENSIVM
Academia, pro suprema in V-
troq; Iure consequenda Lau-
rea, publicè pro uirili tue-
ri conabitur

CHVNRADVS VVOLPHIVS
BELLERSHEIMENSIS,

*Ad diem 30. Iulij, hora locog,
consuetis.*

BASILEAE, TYPIS
Oporinianis. 1582.



DONATIO

Quod Dionysius Episcopus
Catholice Sedis Legatus
in hac Basilica
Academia pro laudando V.
propterea conferenda lau-
da publico pro merito
incomparabili

CHRISTOPHUS VOLFRUM

Academiae Legatus

Basilicae Typis
Commissum 1784



DE DONATIONIBVS AXIOMATA.

I.



Nter modos acquirendi rerum domi-
nij, de iure ciuili non postremus est
DONATIO.

II.

Est autē donatio propriē alienatio rei, quæ li-
beralitatē causa fit, hac mente, vt nullo casu reci-
piatur.

III.

PROPRIE' dico: quia donatio mortis cau-
sa aut sub modo propriē non est donatio, quan-
doquidem accipientem obligat.

IIII.

Obligat autem ita, vt si donator mortis causa
periculum mortis, aut metus euaserit, accipiens
teneatur ad restitutionem rei donatæ. Quod &
in donatione sub modo obtinet.

V.

Causa efficiens donationis est consensus eorū
inter quos donatio contrahitur.

VI.

Nec enim inuitus aut ignorans donat: nec in-
uito vel nolenti donatur.

VII.

Proinde si quis absenti per nuncium aut epi-
stolam (quod omnino potest) donare velit: do-

A 2 natio

natio prius nō est perfecta, quā donatarius voluntatem suam declararit.

VIII.

Ac donare omnes nō possunt, qui liberam habent facultatē res suas administrandi, quicq; lege non prohibentur.

IX.

Nec refert, utrū res quam donant, sit corporalis, an incorporalis.

X.

Nam & incorporalis donari potest: puta si alicui ius gratis habitandi cōcedam: vel debitorem acceptilatione liberem: aut alicui actionem meam cedam.

XI.

Res vero quæ non est in cōmercio hominum, quemadmodum non rectē in stipulationem deducitur: ita nec rectē donatur.

XII.

Aliena autem res an propriē donetur, quæri solet. Verū nos defendemus: non rectē eā donari: si hoc modo iuri alieno præiudicetur.

XIII.

In donatione porro si quis de forma inquirat, dicemus: Eam penē nullam formā nullamq; solennitatem specialem habere.

XIII.

Et si enim traditione vel instrumentis donationem insertam habentibus, donatio perficiatur:

tur: tamē quia nuda promissione etiam subsistit,
merito dicimus eam penē sine forma esse.

X V.

Insinuatio tamen, hoc est, in actis professio re-
quiritur, si summa quingentos solidos excedat.

X V I.

Ac fit donatio plerunq; duplicē ob finem: pri-
mō, vt exerceatur liberalitas: secundo, vt nullo
casu quod donatū est, donator ad se reuertī velit.

X V I I.

Quod adeo verum est, vt donationes in con-
cubinam collatæ non possint reuocari: etiamsi
postmodum matrimonium interuenerit.

X V I I I.

Atqui hæc intelligenda sunt de donatione ve-
ra, absoluta, & propria.

X I X.

Quanquam & hæc ob certas ingratitudinis
causas reuocari queat.

X X.

Quin & reuocatur propter superuenientiam
liberorum, vt loquuntur: puta si donans tempo-
re donationis liberos non habeat: deinde vero
fufcipiat.

X X I.

An vero hoc in casu in totū reuocetur, an pro
parte, inter DD. controuertitur. Interrogatus
quid sentiam, respondebo.

A 3 X X I I.

XXII.

Effectus donationis mihi propemodum determinari posse videtur, subsequenter tribus regulis.

XXIII.

- I. Reg. Rem donatam non rectè repeti: cuius præter Iureconsultos vel Plato in suo Philebo testis est, ubi sic inquit: τῶν ὀρθῶς διοικήτων ἀφαιρέσις ἐκ ἐστῆ.

XXIV.

- II. Reg. Donatorem actione ex stipulatu, vel conditione ex lege ad rei donatæ traditionem compelli posse.

XXV.

- III. Reg. Eundem de euictione non teneri: quia turpe esset, alicui liberalitatem suam periculo & graua mini esse: nisi peculiariter ad euictionis præstationem se obligarit.

XXVI.

Sūmę quoq; æquitatis est, eū qui donationis causa pecuniam, vel quid aliud promisit, de mora solutionis vsuras non debere.

XXVII.

Hic absolutæ donationis brevis quidam, & fortè æquo obscurior *Προσκιασµὸς* esto. Alia eaq; pauca, corollarij loco erunt.

COROLLARIUM I.

Donatio inter cōiuges reciproca etiam absq; insinuatione valet: quanquā improprie dicatur donatio.

II.

II.

Donatio itidem inter coniuges mortis causa valet: ac sufficit, hanc existimationem donantis esse, vt putet se moriturum.

III.

Donatio autem pura inter patrem & filium in potestate eius constitutum inefficax est. Quamquam patre mortuo in legitimam non imputetur: vt doctissimè demonstrat Cuiac. consult. 24. contra communem DD. opinionem.

IIII.

Remuneratoria verò donatio inter patrem et filium subsistit: quia nō est propriè donatio, sed quædam accepti beneficii compensatio.

V.

Verum hic non sufficit patrem dicere, **DO-
NO MEO FILIO BENE' MERITO:**
sed oportet de meritis constare, ac necesse est ea per filium probari.

VI.

Alioqui si standum esset simplici assertioni patris donantis, facile legis prohibitio attestazione paterna eluderetur.

VII.

Postremum quod attexo, est hoc: nempe donationem omnium bonorum deducto usufructu valere.

F I N I S.

Donatio in rem non est contraria
 veluti si quis fundum suum in rem
 esse, ut patet in notis.

Donatio in rem non est contraria
 potestatem eius contraria est
 quam patet in notis. Et si quis
 sit: ut de officio de iur. et de iur.
 contra contrarium. Et de iur.

Remanentia vero donatio in rem
 filius debet dare ad patrem de iur. et
 quod dicitur in de iur. et de iur.

Verum si non sit in rem, dicitur. De
 no meo filio. Et si quis
 sed oportet de iur. et de iur. et de iur.
 per filium pro dicitur.

Alioquin si fundum esse si quis in rem
 eis donans, sed de iur. et de iur. et de iur.
 patet in notis.

Postquam quod dicitur, est in rem
 rationem omnium potestatem de iur. et de iur.
 ut patet in notis.